

SALUTATIO

SUPREMI & GENERALIS TRIBUNALIS REGNI,
Ad Reassumptionem Primam Posnanicensem,

post felicissimam Coronationem

SERENISSIMI, ac POTENTISSIMI

STANISLAI
AUGUSTI,
REGIS POLONIARUM,

&

MAGNI DUCIS LITHVANIÆ,
RUSSIÆ, PRUSSIÆ, MASOVIAE, SAMOGITIAE, LIVONIAE,
KIJOVIAE, VOLHYNIAE, PODOLIAE, PODLACHIAE,
SMOLENSCIAE, SEVERIAE, CZERNIECHOVIAEQUE,
&c. &c. &c.

Feriâ 2da, post Dominicam in Albis,

in Anno 1765. innovatam;

è voto Academiae Posnaniensis,

Per

M. CHRISTIANUM THOMAM de JÜNGLING, In Uni-
versitate Cracoviensi Philosophiæ Doctorem, Collegam Mi-
norem, Seminarii Posnanicensis Præfectum,

FACTA.



POSNANIAE, Typis ACADEMICIS.



Flore viret Lechia, est & radix trina Rosarum,
 Quas dedit ad pretium, SZEMBECIANA Domus.
 Hicce Rosis crescit Genti Decus, atque Corona,
 Atque TRIBUNALI, Præclis, almus Honor,

Nil si b Sole Novi, communiter ista feruntur:
 Sed NOVINA DOMUS, fert nova grata Solo.
 Hic Themidis Gladius, Legis sancita tuetur,
 Intëgra Jura Thronis, Ense Tribunal habet.

XVIII. 3. 173

<https://rcin.org.pl>



SUPREMUM REGNI GENERALE TRIBUNAL

Provinciae Majoris Poloniae.

SUB AUSPICIIS

Illustrissimorum, Reverendissimorum, Excellentissimorum Dominorum;
Utriusq; Collegii Tribunalis Regni Provinciae Majoris Poloniae,
JUDICUM Deputatorum, Quorum Series hæc:

Celsissimus, Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus CHRISTOPHORUS in Stupow SZEMBEK, Præpositus Cathedralis Płocensis, DUX SIELUNIÆ, Cathedralis Metropolitanus Gnesnensis Primicerius, Archidiaconus Varsoviensis, Canonicus Cracov: Tribunalis Regni PRÆSIDENTS.

Illustrissimus, Excellentissimus Dominus, JOSEPHUS Nowina de Brudzewo MIELZYNSKI, Castellanus Posnanienſis, EQUES Aquilæ Albæ, ex Palatinatu Posnanienſi Electus, Tribunalis Regni MARESCHALCUS.

Illustrissimum Collegium Spirituale.

Ex Capitulo Gnesnensi. Illustrissimus, Reverendissimus Dominus ADAMUS STEPHANUS Pomian de Lubna LUBIENSKI, Canonicus Cathedralis Gnesnensis Vice Præſidens, ad Sacram Regiam Majestatem à Tribunali Regni, Nuntius.

Ex Capitulo Vladislaviensi. Illustrissimus Reverendissimus Dominus CHRYSOSTOMUS SZCZYCINSKI, Canonicus Cathedralis Vladislaviensis, & Posnanienſis.

Illustrissimus Reverendissimus Dominus, MATHIAS NAŁĘCZ, Canonicus Vladislaviensis.

Ex Capitulo Posnanienſi. Illustrissimus Reverendissimus Dominus, VLADISLAUS Wierusz WALKNOWSKI, Primicerius Cathedralis Posnanienſis, Abbas Commendatarius Tremesnensis.

Illustrissimus Reverendissimus Dominus, JOSEPHUS Glaubicz de Rokosſowo ROKOSSOWSKI, Canonicus Cathedralis Posnanienſis, ad Celsissimum Primateſ Nuntius.

Ex Capitulo Płocensi. Illustrissimus Reverendissimus Dominus, ALBERTUS GADOMSKI, Cantor Cathedralis Płocensis.

Illustrissimus Reverendissimus Dominus, IGNATIUS SZAWŁOWSKI, Canonicus Cathedralis Płocensis.

Ex Capitulo Culmensi. Illimus, Reverendissimus D. ANDREAS PLAŃSKOWSKI, Archidiaconus Pomesaniz, Canonicus Cathedralis Culmensis.

Illustrissimum Collegium Sæculare.

Ex Palatinatu Posnanienſi. Illustrissimus Magnificus Dominus JOSEPHUS MYCIELSKI, Capitaneus Coninensis, ad Sac: Reg: Majestatem à Tribunali Regni delegatus Nuntius.

(2)

Ex

Ex Palatinatu Califfienfi. Illmus Mcus Dñus FRANCISCUS Wierusz WALKNOWSKI, Judex Terrestris Califfienfis.

Illmus M. D. MATHIAS GLISZCZYNSKI, Terrestris Califfienfis & Sententiarū Tribunalis Regni Notarius, ad Ordinationem Judicalem Delegatus.

Ex Palatinatu Siradienfi. Illmus Magnificus D. PAULUS in Karczowek KARCZEWSKI.

Illmus M. D. IGNATIUS RYCHŁOWSKI, Succamerarida Siradienfis.

Ex Terra Vielunen: Illmus, Magn: D. LUDOVICUS Fundament KARSZNICKI, Vexillifer Ostrzeszowienfis, ad Celsissim: Primat: Nuntius.

Ex Palatinatu Lancicienfi. Illmus Mcus D. JOANNES de Remiszewice STOKOWSKI, Vexillifer Inowladislavienfis.

Illmus Mcus D. FRANCISCUS de Wilkanow WILKANOWSKI, Judex Terres: Lancicienfis, ad Ordinationem Judicalem Delegatus.

Ex Palatinatu Brestenfi Cujavia. Illmus Mcus D. MICHAEL MIERZYSKI, Enifer Covalienfis, ad Ordinationem Judicalem Delegatus.

Ex Palatinatu Juni Vladislavienfi. Illmus Mcus D. ANTONIUS de Karnkow KARNKOWSKI, Castellani: Vislogrodiensfis.

Ex Terra Dobrzynenfi. Illmus, Mcus D. ANTONIUS MURZYNOWSKI, Subdapifer Rippinenfis.

Ex Palatinatu Płocensi, Illmus, Mcus D. JOACHIMUS CZERNY, Vexillifer Ducatum Osvicimenfis, & Zatorienfis.

Illmus Mcus D. ANTONIUS BAGINSKI, Dapifer Raciążnenfis.

Ex Palatinatu Masovia, Terraq: Vifnenfi, Illmus, Mcus D. ANTONIUS GRĄDZKI, Vice Capitaneus & Judex Castrenfis Vifnenfis.

Ex Terra Visslogrodiensfi, Illmus, Mcus D. PAULUS KADŁUBOWSKI, Enifer Visslogrodiensfis.

Ex Palatinatu Ravenfi, Illmus, Mcus D. JULIANUS TURSKI, Dapifer Siradienfis.

Illmus Mcus D. FELICIANUS in Klichow KLICHOWSKI, Notari: Castrenfis Rawenfis, ad Ordinationem Judicalem Delegatus.

Ex Palatinatu Culmenfi. Illmus, Mcus D. ALBERTUS Nostycz JĄCKOWSKI, Burgrabius Castrenfis Covalienfis.

Illmus, Mcus D. FELICIANUS OSTROWICKI, Dapifer Trembovlienfis.

Ex Palatinatu Mariaburgensi. Illmus, Mcus D. PETRUS in Kczew KCZEWSKI, Capitaneus Starogardienfis.

Illmus, Mcus D. JOANNES de Lutomic LUTOMSKI, Assessor Terrestris Mariaburgensis.

Ex Palatinatu Pomerania, Illmus, Mcus D. PETRUS GRĄBCZEWSKI, Regens Terrestris Pomerania.

Illmus, Mcus D. ANTONIUS DORPOWSKI, Capitaneus Soponienfis.

SALU,



SALUTATIO.

QUod erat optandum maximè; CEL-
SISSIMI, ILLUSTRISSIMI DOMI-
NI, utriusq; Collegii, ad SUPRE-
MUM REGNI TRIBUNAL DEPUTATI
JUDICES, & quod unum ad Principem Glo-
riam Vestri Ordinis, Authoritatem Judicio-
rum spectandam, maximè pertinebat: id non
humanò consiliò magis, sed propè Divinitus
datum, atq; oblatum, & VOBLIS, & incolu-
mitati hujus Amplissimi Regni, Reipublicæ
Sarmaticæ, totiusq; Patriæ integritati, præ-
sertim Provinciæ hujus Majoris Poloniæ, no-
væ felicitati, summo hoc tempore, videtur.
Inveteravit enim jam opinio, alias terras be-
atiores fuisse, innovavit evidens certitudo,
Majoricam Provinciam nunc felicissimam fi-
eri, ubi Vester Amplissimus & Dignissimus
Cætus, Sacræ Themidi domicilium figere;
Juribus, & Legibus, cultum & reverentiam
exhiberi jussit. Gaudet Provincia hæc, no-
va, sibi à Diis, felicitate, oblata, gaudent Pro-
vinciæ Incolæ, judicantes invenisse fortunã,
A mul-

mukdò sibi faventiozem, cùm, qui eà longò
intervallò, minimè frui dicebantur, ii modò,
exultâtibus animis, exhilaratis cordibus, ex-
æstuant, cùm Augustissimi Vestri Confessus,
Supremam Majestatem, audeant & valeant
venerari.

De Quorum, Studiis, officiisq;, erga Au-
thoritatem Vestram intensis, deq; incredibili,
in Dignitatem Vestram, observantia, deq;
intimo cordium jubilo, Affectibusq; in Sum-
mam Vestrum Æstimationem propensissimis,
Vos certiores facere, haud pertimescam &
erubescam. Magna sunt ea, quæ dico, mihi
credite, quòd optimis Viris, in hacce Provin-
cia, expectatione omnium desideratissimis,
ut pote maxima gravitate pollentibus: sin-
guli officia sua, honoremq; facere decreve-
rint, voluntatem suam, quam communis hu-
manitas postulat, singulari pietate explican-
dam proposuerint.

Operæ pretium est, animadvertere, quæ
singulorum Vota in Vos ferantur: cùm intel-
lexerint, domi nasci fortunam, Boni Publici
incrementū, Provinciam, in augem felicitatis
extolli, insolita lætitiâ perfundi profiten-
tur. Crescit magnitudo Gloriæ, primis Majo-
ris Poloniæ Palatinatibus, ubi Vestri Ampli-
tudo crescit Honoris, crescit alimentum læ-
titiæ, ubi Vestræ Gratiæ & Benevolentiae
perjucūda Præsentia favet. Colligite hæc sin-
gulorum vota, introspicite populorum cor-
da, & dicetis; quòd singuli, quòd universi ho-
mines, sive præcellis Dignitatibus insigniti,
sive

sive in statu cujusvis conditionis reperti, magno desiderio anhelabant & anhelant, hinc Majestuosam Vestri Authoritatem & videre, & colere, & summis prosequi laudibus.

Et quidem tam sollicita, tam studiola inest singulis voluntas & voluptas, Supremo huic TRIBUNALI in Authoritatibus Vestris eminentissimo, sic animos suos devovere, ut eam, quæ solùm excogitari potest laudationem suam facere præsumplerint, inde per magnam Virtutis Gloriam adscribunt sibi. De infinitudine sua, & bonitate, sic voluisse Superos, nemo est qui non dicat: cum Præstantissimis Dignissimis, Viris Consultissimis, ad Generalia Regni Comitia, Convocationis nuncupata, Cōfæderatis, congregatis, omnium Ordinum REGNI, & Magni DUCATVS LITHVANIÆ Amplissimis Proceribus, laudabilissime visum est, pariter ab hismet, altissimo Judicio consultum, laudatum, & definitum; ut Supremum Justitiæ Tribunal, Petricoviæ & Lublini solùm inantè celebrari solitum, etiã in Metropoli Majoris Poloniæ celebraretur. quatenus distinctæ Provinciæ, pro meliori necessitudinum suarum utilitate & commoditate, pro faciliore in pacandis negotiis acceleratione, pro velocius administranda justitia, sua Tribunalia haberent. Et hoc est singulare, imò singularissimum à Superis datum, quòd placuit sic Proceribus Regni, ut hæc Majoris Poloniæ Provincia, hinc suum ad Metropolim suam, exerceret Tribunal, nec dum hinc fieri solitum, primò qui-

Az

dem

dem & optatissime, felicissimeq; ad præfens
reassumeret, inchoaret. Et quis est qui non
dicet; hujus Provinciæ Incolas, Civesq; Pa-
triæ, non habere causâ maximæ lætitæ, quis
poterit effari, non dari motiva publici gau-
dii, ubi desideratissima TRIBUNALIS RE-
GNI SOLEMNITAS, incipit celebrari.

Hæc est præcipua nostrum fortuna, hæc
sors optima, hæc nova felicitas, novum Re-
gni hîsce locis, hîsce terris, Tribunal. Quis
est qui non videt mutuam hilaritatem, ab in-
habitantibus Dignitariis Magnatibus, aliisq;
Nobilissimis Personis, in primis hujus loci
Palatinatibus, degentibus, ut pote: Posnani-
ensi Calissiensis, ut pote TerraVschovenis, Pa-
latinatibus inquam Brestensis Cujaviensis, Ino-
vladislaviensis, Terra Dobrzynensis, Palatinati-
bus, Culmensis, Mariæburgensis, Pomesaniæ,
qui quidem Magnates, Dignitarii, cæteri-
q; Nobilissimi Viri, publicum sibi sentientes cō-
modum, ad sustendendam salutem publicā,
quantum ex inde gaudeant, quantum laudis
proferant, quantum delectentur animis, quā-
tum voluptatis capiant, faciliè quemq; intelli-
gere posse.

Membra Reipublicæ sumus, Professores
Academici, CELSISSIMI ILLUSTRISSIMI
JUDICES, omnibûs officiis & obsequiis, Au-
thoritatibus Vestris, fidelissimi, quantum ex
Majestuofo Tribunali Vestro concipiamus
gaudii? quantum Vestræ Authoritati, & no-
stræ gratulemur fortunæ, quòd Dii boni fe-
cerint, quia Supremum Regni Tribunal,
hic

hic in Vobis emineat, ex quo Gratiā & Benevolentiam, favorem & præsidium nobis dare non dedignabimini, ex contestatione nostra, hac publica, sat luculenter percipietis. Si Civibus Regni, si Filiis Patriæ, si Provinciæ hujus Incolis, gaudium & lætitia, ex Vestrum sit congregato Consessu, incredibilem nostram etiam scitote voluptatem & consolationē, ex faventibus nobis Gratiis Vestrum. Benigna Cœlorum Providentia, his nos replevit solatiis, quod Vos, Reges inquam, quia Regia Potestate, Majestate & Autoritate præstantes, Reges inquam, quia Regia Jurisdictione utentes, Reges inquam. quia Regiam Personam repræsentantes, Reges inquam, quia pro Rege Judices, Reges inquam, quia Suprema Regni Regia Majestas, his Vos Gratiis, & beneficiis cumulavit, præcipuis Privilegiis etiam Respublica Polona unā cum Majestate Regia firmavit, aded, ut Authoritatibus Vestris ab unoquoq; debitus & maximus redderetur Honor, reverentia, & observantia; quod Vos, Reges inquam, quia ad Tribunal Regni DEPUTATOS JUDICES, officiosissimis laudationibus nostris audemus excipere, ea humanitate, reverentiā & observantia, quam candor Academicus servat. VOS JUDICES AMPLISSIMOS primò, Primum, hic inchoantes reassumentesq; Tribunal, summa cum veneratione salutare, non supponite, nostrum hic aulum alium, quàm propensissimæ erga Authoritatem Vestram observantiæ, salutationem præ-

B

sen.

sentem gratō suscipite animo , Nosq; Vestra
Protectione fovete, amphiores, Vobis laudes
quæ de condigno debentur fieri permittite.

ET quod est, quod magis ad commenda-
tionem Regni , Reipublicæquæ Polonæ spe-
ctare videatur , quàm SUPREMI REGNI
TRIBUNALIS, Florentissimus M A G I-
STRATUS. Fateri inquam, cogor, dari plu-
rima media, Regno huic utilissima , quibus,
Publicæ salutis tutela sustinēda traditur, qui-
bûs, à gravissimis malis, minantibusvè peri-
culis, præservetur, & liberetur, quibûs, ma-
ximæ tempestates subeundæ, caveantur. *Si
est boni Consulis, non solum videre quid agatur, ve-
rùm etiam providere, quid futurum sit , multum
interest, tales Consules Reipublicæ, ut servē-
tur, velle habere.* Et quanquam minimè du-
bitandum; in Natali Solo, adesse eos, qui cu-
ras & anxietates suas, in augendis rebus, Gē-
ti commodis, pro viribus sudorem excutien-
tibus, agant, ope consiliorū suorum prosint ,
virtute laborum sufficiant: qui in promptu, si
quæ nociva, publicæ tranquillitati observēt ,
perhibenter , communi notitiæ omnium id
impingere student. Magna ecquidem virtus
est, Regioni suæ suffragari, agere & pati for-
tia, luctantemq; cum interitu, ac propè nau-
fragantem Gentem, decumanis procellis eri-
pere. Hic est verè Civis; qui haud sibi , aſt
Civitati , sive publicæ utilitati vivere discit,
etenim, nemo sibi nascitur , nemo sibi ut vi-
vat oportet, sed si nascitur Patriæ, bono Pa-
triæ,

triæ, ut vivat necesse. Communis est quædã
populorum vita, quæ omnium animis & stu-
diis, coalescit. Alter, alterius vitæ studet, ut
singuli, alienum fructum experiri credantur.
*Non est laudabile, publico Soli, se subtrahere, nega-
re suam, consiliis sapientiam, negotiis industriam,
periculis vigilantiam, difficultatibus laborem, bel-
lis fortitudinem. nec per omnem agenda, patiendiq;
circum suam in Reipublicæ commoda magnanimita-
tem, exercitare.* Ea Respublica, felicitatem a-
dipisci judicabitur, quæ quàm plurimos, stu-
diosos publicæ incolumitatis, propugnatores
habuerit. Non interitura famæ avidi, qui ad
defensionem publicæ utilitatis, non clypeo,
aut ferro solum; ast magis animis, prospici-
endo armantur, qui nullo labore, à procura-
da Concivium salute, deterrentur.

Si gloriari libet, hæc est Polonis, innata
Activitas, hæc Gætis Sarmaticæ Gloria, quod
Conservationi Publicæ; mutuïs officiis suf-
fragantur; Fidei, Religioni Orthodoxæ, aureæ
Libertati, salvadæ & tuendæ, ad æmulationē
paratissimīs animis concurrant; summam Di-
gnitatē Generis, integritatis, industriæ, Le-
gum exactissimam custodiam & observanti-
am, cæterorumq; ornamentorum omnium,
quæq; PATRIAM oblectant & decent, ar-
dentissimis conatibûs, aggredi, conservare,
& defendere, volupe habent. O Proceres, di-
lectissimæ Gentis suæ præclarissimos! o Viros
Florentissimos! Viros Sapientissimos! Quorū,
erga Patriam, Pietas & Amor incomparabi-
lis, virtus ineffabilis solertia inenarrabilis,

Quorum; Majestati, fidelissima observantia, Senatui, officiosissima propensio, Ipsismet sibi, mutua Gratiarum, Amicitiae & Benevolentiae, reciprocatio, Populis, tutela & praesidium, tanta toti Genti, ad invidiam, exterarum Nationum dexteritas & integritas, ut plenae sint voces, plena omnium exultatio, tanta felicitate gaudere. Qui veritatem experiri exambit, inviset Districtum aut Palatinatum Comitium, ibi congregatam Nobilitatem videbit, videbit ibi, Ordinem Equestrem, ad tractanda negotia publica, convolantem, pro meliori rerum Regni statu consulere nitentem; videbit uniuscujusque operam, sani ac optabilis consilii praestantissimam. Quae desideria Provinciarum, quae justa petenda, & minus proficua, amovenda, quae etiam augenda, minuenda, quae mutanda, aut corrigenda, quae introspicienda, placida congregatae Nobilitatis decisione, quam peroptime fiunt. Quae Districtus, aut Palatinatus gubernia, quis Officialium, Dignitate eminentium Honor? quod Nobilitatis ornamentum & Aestimatio, quae conservandae Libertatis, regula, quae denique Incolis debeantur justa commoda, in his inquam Consultationibus. fit satis, & praelaudabilibus Statutis, Laudi nomine vocitatis, pro memoriae perennitate, ingrossatur. Nec adhuc satis, Consultationum harum, his consultationibus, singuli student, de Republica bene mereri, his consultationibus, eliguntur Viri, omni aestimatione Dignissimi, ut publicam ad Comitium

Re-

Regni Generalia, Legatione fungantur; his Consultationibûs, deputantur etiam Viri, Legum notitiâ peritissimi, JUDICES, ad cohonestandum agendumvè Supremum Regni Tribunal, & hæc est non postrema Poloniae commendatio.

Attamen ad sublimiorem Amplitudinē & Gloriam Gentis, præstò sunt nobis, Generalia Comitia Regni, quæ toties, quoties, permittuntur & optantur fieri, nil nisi, quod jam ultimò stabiliendum, pro inviolabili servandum Lege, esse declarant. O Gentis Gloriam & singularem! Aureæ Libertatis Respublica Polona, sic peramænè fovet Cives suos, ut tempora vitæ suæ traducant, cum aurea Libertate: etenim ad instituentiam rationem selectissimorum consiliorum, ad faciendorum, necessitatem Generalium Comitiorum, tam pulcherrima est Regii, Senatorii, & Equestris, Statuum combinatio, ut unà simul concurrant, & unà simul consulant. Quantum felicitatis, beatitudinis quantum, toti Genti conferat, hic Generalis Procerum Conventus, ubi Leges saluberrimæ, earumq; omnis præcavetur, præcustoditurq; securitas & observantia, ubi, quæ Throno Majestatico reverentia, quæ Pietas in Reges, qui Senatui Honor, quæ Proceribus Distinctio, qui Patriæ mores, quod Gentis Regimen, quæ Legibus obedientia, quæ publica Regni commoda, mutuis consiliis, votis concordibûs, suavissima harmoniâ unitis sancitur, ubi emerita Capita, quã
C plu-

plurimum defudant, ne habeat Patria, unde affligatur, ut in insurgentis tempestatis occasione, pax, singulis amica servetur, o quā pulcherrima & hinc Poloniarum commendatio! Præstò adfunt etiam aliæ consuetudines Patriæ, à quibus, suum splendorem & decorem retinet, sunt multorum officiorum Tituli, quibûs gloriari cōsuevit, sed tamen maximè à Comitibus longè celeberrimis, laus Ejus sat conspicua videtur.

At nè etiam aliis Institutionibus prælaudabilibus injuriam dicerer adferri, ea mihi res nunc exponenda, quam, maximam tractationis meæ proposueram, quam profectò, jam luculentissimè intelligitis, quæ Vestrarum est laudum materies. Verba hîc mea, explicuere Gloriam Gentis, ab institutione Comitiorum; spectemus utique Florentissimum Magistratum Supremi Tribunalis Regni, sentietis, & dicetis ex Eo, Patriæ suæ, multum Gloriæ, multum Fortunæ, pretiosissimæq; commendationis, accessisse multum. Supremum Regni Tribunal, est Tribunal Justitiæ Sanctæ, sedes & domicilium Æquitatis, Quod nos, à periculosissimis malis, maximisq; periculis ab omni atrocitate, ignominiaq; tuetur. & Quod, in summo nos, otio, atq; in summa tranquillitate custodit, Fortunas, unicuiq; suas conservat, Honorem conservat, Dignitatem conservat, vitam, corpusquè animamquè conservat. Et quia, nullum Imperium, nulla Respublica, sine Legibus potest esse diuturna:

ar-

„arma enim Imperia parant , Leges parta
„conservant. Sicut sine armis, Regna acqui
„ri non possunt, ita nequiverunt eadem sine
Legibus custodiri. SUPREMUM *Justitiæ*
TRIBUNAL, est Custos Reipublicæ Le-
gum, nullis vim, nullis injuriam, nullis im-
petum fieri patitur: unumquemq; in suo gra-
du , suaq; Dignitate tuetur. Sunt enim Le-
ges , muri & Fundamenta Civitatum , in
quibus bonos , quàm diutissimè detinent ,
malos arcent & iis, appropinquare non fi-
nunt; in SUPREMO TRIBUNALI, salus
bonorum, consilia Civitatis, pacis præsidia
continentur. Quod stamus ac incedimus,
quòd dormimus, quòd deniq; securè vitam
agimus, id totum est Tribunalibus, juris ac
Legum defensoribus, tribuendum. Jucun-
dissimum est, liberè in Patria versari, à Tri-
bunalibus, Leges obrinent summam liberta-
tem: neq; enim sublata libertate Leges neq;
rursus sublatis legibus , potest esse Libertas
Nihil boni, tuti , honesti esse posset , si jura
contemnerètur, & à Tribunali Justitiæ, non
accelerarentur. Fundamentum Libertatis ,
fons æquitatis , à Tribunali promanat , ubi
ad salutem Civium, incolumitatem vitamq;
hominum , & quietam , & beatam , omnia
prosperrimè fiunt. Legum vis , & Authori-
tas, quæ est? docent Tribunalia, ut nemini
quidquam injusti liceat agere , ut iis , qui
isthæc transgressi sunt, suppliciis , affectis ,
cæteri meliores efficiantur , nec quis se, le-
gibus prudentiorem ostendere velit , unde
eximie Ovidius: 3. *Fast.* C2 In-

Inde datæ Leges, nè fortior omnia posset,
Cæptaq; sunt purè tradita sacra coli.
Exuitur feritas, armisq; potentiꝯ æquum est
Et cum Cive pudet conseruisse manus.

Maximè enim convenit, ut Leges, Justitiæ Tribunali accedant, quas etiam priscis temporibus, aliis aliis populis dedere: ut Gymnosophistæ Indis, Prophetæ seu Sacerdotes Ægyptiis, Chaldæi Babylonis, Magi Persis, Druidæ Gallis, Zaleucus Locrensis, Moyses Hebræis, Solon Atheniensibus, Lycurgus Lacædemoniis, Minos Cretensis, Philo Corinthiis, Zamolxis Gethis, Andromedas Rheginis, Milesiis Hippodamus, Charondas Thuriis, Philolaus Thebanis, Phaleas Carthaginensibus, & alii aliis, ut ad mentem institutorum suorum Justitiæ satis esset.

Minimè mihi opus, alienis exemplis, cum Florentissima Respublica Polona, his juribus, Legibus & Privilegiis, sua Tribunalia firmavit, ut quidquid in controversiis litigantium difficillimum, ultima definitione, ad mentem Legum & Constitutionum Regni decernerent, stabilirent. Et hoc est, vel maximum, ad Gentis immensam Gloriam, infinitumq; Honorem, quòd tam Majestuosæ Authoritate, firmata sint ipsi Tribunalia, ubi & Legum executio solida, & Legum defensio firma, & legum custodia conservatioque omnigena, ubi plures decernunt, & in unum conveniunt, ubi Reipublicæ & Libertas servatur & salus. Nec jam reperio, quod Tribunal Regni ad Majorem adhuc Dignita-

tatem exchat? aut quò magis rem scrutari
cogor, eò audentiùs, exultanti animo in vo-
ces erumpo: SUPREMI GENERALIS
TRIBUNALIS præsentis, Laudem & me-
moriæ sempiternam, voto omnium puto
esse oportere. Etenim, quæ sunt Ejus Orna-
menta, quæ singulariora Decora? Quis agit
hoc Florentissimum TRIBUNAL? unde Il-
li maxima Æstimatio & commendatio? di-
cam. VIRI SAPIENTISSIMI, Viri Consul-
tissimi, PROCERES Amplissimi, nempe
Illustrissimi, Reverendissimi, Excellentissi-
mi Domini, Utriusq; Collegii, suis in Capi-
tulis, Palatinatibus, Terris & Districtibus. E-
lecti, & Jurati, DEPUTATI JUDICES -
virtutibûs suis, consiliis atq; Authoritatibûs
suis, Potestate, Majestate, Sapientiâ, sic Su-
preмум Generale Regni ornant Tribunal,
ut aliunde majorem Gloriam capeßere ne-
queat. Celebre Nomē est ILLUSTRISSIMO-
RUM JUDICUM, omnibus Gratióssimū,
singulis peramænum, cunctis jucundissimū,
adco; ut omnes effari cogantur, ut Eorum
Imperiò, gubernio, Judiciis, non solum ser-
vetur Respublica, verum etiam in dies feli-
cissimè augeri videatur. Officia Tribunali-
tia, ita diligentissimè promovēt & agunt, ut
expectantium desideria, votis suis delecten-
tur. Testis est Petricoviense immediatum
Tribunal, ubi res & officia Judiciorum Tri-
bunalitiorum, sic adæquatissimè currebant,
ut nec sufficiens mora, data esset quieti.

D

Et

Et hæc Felicitas, summa Æstimatio & Commendatio, à TE prima est CELSISSIME PRINCEPS ILLUSTRISSE, REVERENDISSE DOMINE Judiciorum TRIBUNALIS REGNI Petricovien- sium & Polnaniensium Majoris Poloniæ PRÆSIDENS. Dignitas & Autoritas Tua multum condecorat hoc Regni Tribunal, ita; ut summis laudibus, dignus sis, & enco- miis. Decet & delectat, Principes bonos, Magistratus regere, TU, quia Principis Ho- nore, & virtute peroptima nites, boni Su- peri, Te in Præsidem Tribunalitii Magistra- tus destinârunt. Ecquidem, novit Patria, Te Virum virtutibus bene donatum, novit Te Principem, Principibus Parem, Princi- pe Gloria, Te voluit eminere; ut inter Eos, Autoritate præmineas, Qui, Te cordibus & animis suis diligunt, ex Te etiam, suam Principem Gloriam esse fatentur. Non potu- it, Metropolitani Capituli Augustissimi, in mentes singulorum, melius consilium venis- se, non potuit, illustriorem & expressiorem voluntatis suæ significationem, ad oblecta- mentum omnium dedisse, quàm, cum TE, ad Tribunalitia Judicia Præsidem mitteret, in Quo, & Dignitas inesset ea, quæ ad tan- tum munus obcundum requiritur, & aliæ præterea causæ, propter quas, Te gratissimū, atq; acceptissimum fore, Huic Supremo Tri- bunalis Regni, judicavit. Dignum Te Prin- cipem Honore, dignum Gloriâ censuit, ad Eum itaq; qui rarus est, evexit Honorem, ut, Qui Regiis virtutibus polles, vice Regia po-

testate in hocce Tribunali, ad præsens emi-
neres. Præcellentiſſimæ qualitates Tuæ, o-
mnium invaſerunt animos, omnium occu-
parunt affectus, omnium tenuerūt amores,
omnium captivarunt voluntates, ut ex illis
universi intelligerent, quanta sub Auspiciis
Præſidentię Tuæ, abundaverint felicitate.
Sola virtutis, ac probitatis in Te Majeſtas, u-
bi pro Religionis integritate zelum, pro Re-
ipublicæ ſalute Fortitudinem, pro ſuorum
incolumitate vigilantiam, pro communi
concordia Juſtitiam, munificentiam pro plu-
rimorum vita, amabilitatem offers, pro o-
mnium deliciis.

Juſtitia & Charitas, validæ ſunt Præſidis
arces. Tibi innatæ **CELISSIME DOMINE:**
Qui ad adminiſtrandā Juſtitiam Præſes voca-
tus, ita Charitatē prætefers, ut nefas diceres,
ſententiam ferre, quin prius Charitatē reſpi-
ceres; utramq; admodum eximiā concordia
componis, nè una, alterā ſit major, ne una,
alterā ſit deterior. Per ſingulas ætates, cōmen-
dabaris virtute, & cōmendaris, unde, quō a-
pud Proceres amore, quibus apud Magnates
affectibûs clarebas, ediſſerere, tēporis ampli-
tudine opus. Eſt Tibi ad Gloriam incompa-
rabilem, quòd Regiis Majeſtatibus, multum
ſis ſemper dilectus. Sreniſſimorum Regio-
num Principum, **CANCELLARIUS** fuiſti,
& ita amabiliſſimus, ut in animis Eorum, u-
nicum delictum dicereris. Semper honori-
fica, quæq; à Te ſunt geſta vel facta, nonniſi
oculos & admirationem Principum ad ſe

trahebant. Solent sæpe laudatores ante oculos ponere, idq; libenter crebris usurpare sermonibus, omnes Illustrium Virorum, Clarissimorum Principum, Ducum, res gestas, cum Tuis, nec contentionum magnitudine, nec numerorū paritate, nec celeritate conficiendi, nec aliqua venustate posse conferri, quàm Tuis, non dicam operibus, sed meritis illustratæ sunt. Quæ quidem ego, nisi ita magna esse fatear, ut ea vix cuiusquā mens, aut cogitatio capere possit. Meritis enim tuis, majoribus, majora, venustioribus, venustiora addis, & Dilectissimam Patriam, iis met ornare non cessas. Dignitas Tua, florescit quotidie magis, ita; ut quantum operibus tuis diuturnitas detrahēt, tantum afferat laudibus.

„ Ad Rempublicam, plurima veniunt
„commoda, si moderatrix omnium rerum
„præsto est Sapiencia: hinc ad ipsos, qui eam
„adepti sunt, laus, honor, Dignitas confluit.
Te Sapientissimum Præsidentem, quis non æstimārit? cui naturæ bonum, ac Dei donum est, omnes affectus mentis & scientiarum collegisti, hinc veneror in Te nobilissimas Scientias, & sufficientissimas, & dicere cogor, quàm peroptima Tibi inest Juris Canonici notitia & experientia, cujus rei, Viri Dignissimi, Distinctissimi, sunt Tui Laudatores, & Jus Civile, & Jus Regni, eā diligentia comprehendisti, ut eō, nonnisi pro utilitate publica utereris. Miramur reconditam apud Te vim Sapientiæ, quæ è ratione immota &
per-

perfecta emanat, sub cuius dispositionem omnia cadunt, hinc Ille, Ille es Princeps, cui sapere, Principatus est, cui si principari jucundum, sapere est jucundissimum. Cujus Sapientia, in publico honoratur, laudatur, æstimatur. Tu ille Princeps es, Cui ob sublimitatem Literarum, laus, Honor, Dignitas, confluit. Rectè Tribunalis Præses electus, Qui ingeniô, qui doctrinâ, sapiëntiæ & omnium probitatum præstantiâ, prout carissimæ Patriæ, ita Supremo Regni Tribunali, Majestuosam auges Honorem & splendorem.

Nec fatis est laudationum Tuarû, Amplissimi Nominis Tui Gloria, & sanguinis communio, petunt amplissimas laudes, quas hoc loci dicere, difficillimum, attamen dare silentio nefas, tam magnû DOMUS SZEMBECIANÆ Nomē, quod carissimæ Patriæ, unica fuerat & est voluptati. Scribunt ampla volumina, à multis sæculis celeberrimû fuisse SZEMBECIANUM Nomē, & à multis læculis permagnis celebratum encomiis, cum, tam immensis meritis, publicis utilitatibus Patriæ inclaruerat semper, ut immortalitati cesserit Gloriæ & Honoris. Gentilitiæ Rolæ, non aliter sunt, quàm virtutis Flores, qui Gentem & ornant, & suavissimo replent odore, qui Nobilissimorum Virorum ingenia, mores, consilia, res gestas, ac si modo fierent, etiam temporibus præsentibus subjiciunt, ut majorem indies comparent, ac concilient Dignitatem. Et quoniam omnium rerum magnarum, à Diis immorta-

E

li

libus principia ducuntur, dicam sine cunctatione, quod sentio, Deos immortales dedisse, ut magnitudo contentionis, studium gloriæ, præstans animus, excellens nobilitas, Herodém, nomine GERLACUM SZEM-BECIUM, commendasset, Cujus merita, sic Augustissimo Imperatori CAROLO Magno, complacita fuerant, ex facta per Eundem de Hoste victoria, ut Eundem sibi amicum adsciverit, & ad præmiandam virtutis Ejus dexteritatem, aureo Annulò insigniverit. Patet cunctis, quomodò HENRICUS SZEMBECIUS Heroum Galeatorum Dux magnus, stante; HENRICI VII, CAROLI IV, & RUDOLPHI Imperio; dum bella vocabant, Martius Hector erat, ita suis Imperatoribus fidelissimus, ut Illi dulcius & jucundius fuisset pro Patria mori, quàm vinci ab hoste, cujus Fama, in Filio suo An. 1355. FRIDERICO, Heroica dexteritate præclaro, Gloriæ sumpsit incrementum. Florbat in Cathedra Moguntia A. 1510. VENCESLAUS SZEMBEEK, Capitularis Canonicus, Cujus magna in Ecclesiam merita, testantur Capituli Acta. Solidæ laudis, ac veræ Dignitatis Virum; habuit Bohemiæ Regnum, VALENTINUM AUGUSTUM SZEMBEEK, Abbatem Sedlinensem, magni Honoris Prælatum, nam Curia Lateranensis Comitem Palatinum, à Rudolpho II, Romanorum Imperatore A. 1598. creatum, cujus vitæ socia virtus, mortis comes, Gloria fuit.

Si

Si Nationibus aliis, SZEMBECIANUM
 Nomen dederat Florentissimos Viros, Patri-
 os dum inspicio lares; video Magna Nomi-
 na, in gloriosissimis rebus, frequentissima
 celebritate & clarissima luce, spectatissima;
 Nobilitate Generis, summa vetustate Famī-
 liæ, magnarumq; Prosapiarum, Sangvinis
 communione conspicua, video Magna No-
 mina, Regum Sangvine juncta, Principum
 Mitris, Præsulum Infulis, Ducum Clavis, Se-
 natoriis, aliisq; Dignitatibûs ornata. Horum
 ego seriem, hoc loci commemorari si vel-
 lem, longa oratione, & ingenti volumine,
 hæc proferri deberent. Verùm rerum jucun-
 dissimarum memoriam, amant summi Ho-
 mines, & quæ, summi atq; Ornatissimi Viri,
 maxima cum laude cōjungere & prædicave-
 re, mihi saltem modica venient repetenda.
 Audistis, quomodò cæteris Gentibus pera-
 mænum SZEMBECIANUM Nomen, audi-
 te, quàm Patriæ Charissimum, deliciosissi-
 mum. Quod, generosæ virtutes sublimarunt,
 ex quibus neminem mihi necesse est nomi-
 nare, vosmet vobiscum recordamini Poloni
 Proceres. Recordamini, BARTHOLO-
 MÆI SZEMBEK Bartholomæi, Thesaura-
 ri Magni totius Prussiae, Filii, primi A. 1566
 in Polonia, Quem SIGISMUNDUS AUGU-
 STUS, Poloniarum REX, Honore & Amo-
 re suo, nimium est amplexus, Quem Princi-
 pes Prussiae, ALBERTUS & FRIDERICUS,
 permagni æstimârunt, Cujus Geniti, HIE-
 RONYMUS & ALEXANDER, bellica ar-

te insignes, Hic cum Svecis & Moschis, Il-
 le cum Sudermano A. 1601. pugnando, in-
 tegratam Poloniam defendebant. Recor-
 damini, Fortis & Illustris Viris, CAROLI de
 Stupow SZEMBEK, Qui cum JOANNE
 CASIMIRO, adversus perfidam Gentem
 Scytharum & Cossacorum bella movens, in
 conflictu, ictu tormenti percussus, maluit
 oculorum lumine privari, ast gloriosus Vi-
 ctor, honorari. Et sic, quod antiquiora tem-
 pora, quod altiore ætatem meminero, eò
 majora, majorum Szembecianæ Domus re-
 ctegestorum exempla, Famam, Fortunasq;
 cum admiratione splendidissimas, patiemini.
 Sed hæc, quæ Oratoris propria, quæ præ-
 senti sæculò singulariora existimantur, puto
 esse narranda. Perspexistis, quàm integerri-
 ma ætate, optimo habitu, maximis viribus,
 pro gremio & decore Patriæ, præmemorati
 florere Viri, multa sunt æquè, & plus dicen-
 da de aliis, Qui & Patriam & Ecclesiam, pro
 bitatibus suis, auxerunt & ornarunt. Qui-
 bus, & quàm maximis, extollendus elogiis,
 STANISLAUS SZEMBEK, primò Episco-
 pus Cujaviensis, mox Archiepiscopus Gne-
 snensis, & Primas Regni, Cujus Vita Sancti-
 tas, posteritati exemplar. HIC, in maximis
 calamitatibus Regni, sic peramanter subve-
 niebat Patriæ, ut Ei Comitibus Lublinensibus,
 perennem gratitudinem, Actis suis inscrip-
 sissent, Ampliant Dignitatem Nominis &
 Domus, Præsulum Insulæ; CELSISSIMUS
 PRINCEPS CHRISTOPHORUS de Stu-
 pow

pow SZEMBEK, primò Chełmensis, mox
Premysliensis, tandem Varmienſis Epilco-
pus factus, Qui ſtantibus, perturbatis nego-
tiis Curlandiæ, pacis oleam attulit, Angelus
Varmiæ dictus, Religionis Orthodoxæ Cu-
ſtos, Libertatis Tutelaris. MICHAEL Epi-
ſcopus Paſſenſis, Cracoviensis Suffragane-
us. FRANCISCUS Suffraganeus Premysli-
enſis. ANTONIUS & FRANCISCUS Ca-
nonici Cracovienſes, & alii, mille titulis,
milleg; digni honoribus. Ampliant Digni-
tatem, Senatoriæ Curules, ut pote: FRAN-
CISCUS Caſtellanus Camenecenſis; Qui e-
tiam Filios ſuos ad Senatum progenuerat,
ut pote CELSISSIMOS; STANISLAUM
Primatem Regni, & CHRISTOPHORUM
Varmienſem Epilcopum, ILLUSTRIS-
SIMOS, Palatinum Siradienſem ALEXAN-
DRUM, pro Libertate & Maieſtate Zelo-
ſſimum. PRÆCESLAUM Caſtellanum
Voynicenſem, JOANNEM Supremum Re-
gni CANCELLARIUM. Ampliant Digni-
tatem plures SZEMBECII, in Senatu Con-
ſules, in Ordine Equeſtri Libertatis Tuto-
res, in Curia Solones, in Caſtris Scipiones,
Quorum ego Proſapias non explico, etenim
in iis, Tui Sangvinis communionem CEL-
SISSIME PRINCEPS & PRÆSIDENS,
veneror. Jactet Roma Decios ſuos, jactat
Polonia SZEMBECIOS ſuos, Qui ſe ſemel
pro ipſa devoverunt. Loquantur de Aliis
Præceſſiſſimis Antecedaneis TUIS perma-
gna volumina; loquar ego, de ILLUSTRIS-

F SI.

SIMO AVO Tuo, FRANCISCO ALEXANDRO SZEMBEK, Castellano Vislicienſi, Magno Senatore, Qui ex Palatinatu Sandomirienſi, toties ad Regni Comitia Legatus, toties ad Tribunal Regni, & Commiſſionis Radomienſis Deputatus, ſtante etiam Interregno Judiciorum Capturalium Mareſchalcus, Vir dexteritate optima, Hic Palatinum & Patriam, contra incurſionē Syeticam, & corde & animō, & arte & Marte, defendebat, monumenta teſtantur. Loquar ego, de ILLUSTRISSIMA HELENA PRZYŁĘCKA, AVIA Tua Paternā, quæ ſic virtutibūs ſuis commendatiſſima, ut in Ea, pia Magnificentia, & Pietas Magnifica, pauperum cōmiſerationem maximam præferre eſt viſa. Loquar ego, de ILLUSTRISIMO ANTONIO, Castellano Naclenſi, Patre & Genitore Tuo Dilectiſſimo, Qui ſic Patriæ vivere voluit, ut nihil Pietati Ejus deeſſet, & Genti proficiuus ſuis meritis, ſuis conſiliis Senator Jucundiſſimus, & ut vitam ageret Sanctiorem, FRANCISCI Religionem amplexus, totum ſe Deo devovit ita ut precibūs ſuis, Genti optima futura impetraret. Celſiſſimum Principem, CHRISTOPHORUM SZEMBEK, Archi Episcopum Gneſnensem, Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithvaniæ Primatem, Illuſtriſſimi AVITUI, Castellani Viſlicienſis Fratrem germanum, Qui Cathedrarum; Livoniæ, Poſnaniensis, Cujaviensis vè Episcopus, ſic meritis ſuis creſcebat, ut ad Vice Regis ſive Primatis

tis Honorem devenisset, virtutibus Regno
 peroptimum, tacendo veneror. Perampli-
 ant Gloriam Tuam CELSISSIME DOMI-
 NE, ex Materna linea Magnæ Prosapiae, ut
 potè Genitrix Tua Dilectissima, FRANCI-
 SCA de IWANSCIIIS; Avia Tua Materna
 HELENA de GEMBICCIIIS, Proavia, CA-
 THARINA de GRZYMULTOVSCIIIS,
 Abavia, ALEXANDRA CÆCILIA de LE-
 SZCZYNSCIIIS, & Hæc de Domo DEN-
 HOFFORUM, KONIECPOLSCIORUM
 &c. suam originem ducens. Sed permitte
 me dicere, quòd Regius Sanguis es, nam
 cõmunionem sanguinis ex Serenissimi Po-
 loniæ REGIS LESZCZYNSCII, Filiaq; E-
 jus MARIE LUDOVICI XV. REGIS Gal-
 liarum, Confortis, per ALEXANDRAM
 CÆCILIAM de LESZCZYNSCIIIS GRZY-
 MULTOWSKA, Germanam Thesaurarii
 Regni RAPHAELIS LESZCZYNSKI, Pa-
 tris STANISLAI Serenissimi, protrahis. O
 singularem Fortunam! Te, Sanguine Regū,
 Regum inquam, & Poloniarum, & Gallia-
 rum, & Hispaniarum, natum & junctum,
 quod totum cedit ad majorem Gloriam tu-
 am propagandam. Delectat, meminisse hîc,
 Avia Tuæ ex linea collateralis, SOPHIÆ de
 Czarnkovsciiis RADZEWSKA Succamera-
 riæ Posnaniensis, Cujus eximiae virtutes, &
 dotes, præsertim munificentia in Superûm
 Aras, in Clerum Amor, permultaq; prælau-
 dabiles qualitates, ab omnibus æstimantur,
 & laudantur. Accedit Gloria Domûs, ex

F2

Ger.

Germanis Sororibus Tuis: ANNA, Illustris-
simi ANTONII DUNIN K A R W I C K I,
Cancellariæ Regni Regentis, Consorte;
CHRISTINA, Illustrissimi olim TURNO
Dapiferi Polnaniensis, Conjuge, ROSALIA,
Quæ, etsi sub umbris Religionis, mille tamen
virtutibus nitet. Accedit Gloria Domûs, ex
nexu Sangvinis, & Colligatis Nominibus:
IWANSCIORUM, NISZCZYCCIORUM, CZER-
NORUM, PRZYLĘCCIORUM, GEMBICCIO-
RUM, GRZYMULTOWSCIORUM, LESZCZYN
SCIORUM, DENHOFFORUM, KONIECPOLSCI
ORUM, NARAMOWSCIORUM, CZARNKO-
WSCIORUM, RADZEWSCIORUM, KARWIC-
CIORUM, PISARZEWSCIORUM, WYBRANO-
WSCIORUM, &c. &c, & aliorum permultorum.
Quorum TU CELSISSIMÉ PRINCEPS & PRÆSI-
DENS, Cor & vita Pretium & Corona. Age ergo
felicissimè, hoc Supremum Regni Generale Tribunal.
Præsideas, votò omnium acceptissimus. Tantus enim
est splendor verus in laude Tua, tanta in magnitudine
Animi & Consilii Dignitas & Authoritas, ut omnia
in Te bona, solum à virtute donata, & à Fortuna
commodata esse videantur.

Si quid est, quod ad immensitatem Gentis Glo-
riæ, Supremiq; Regni Generalis Tribunalis accedat,
quàm Majestuosa Dignitas Tua ILLUSTRIS-
SIMÉ EXCELLENTISSIMÉ DOMINE Judiciorum TRI-
BUNALIS REGNI Petricovienſium & Polnaniensiu-
um Majoris Poloniæ, MARESCHALCE. Surgit res
Lechica in Altum, ubi Senatoria Authoritas Tua &
Potestas, imperium tenet, ubi Tibi dulcissimæ curæ,
pro rerum publicarum felicitate. Multa sunt commo-
da, quæ petuntur, multa molesta ac difficilia, quæ à
plurimis caventur. Magnitudo Tuæ virtutis est, tan-
tum Honoris & Amplitudinis velle, ut molesta & dif-
ficilia, pro bono aliorum sufferas, quibûs, aliis com-
moda conferas. Concordibûs votis & animis, Illustris-
simorum Procerum JUDICUM DEPUTATORUM,

in

in MARESCHALCUM Tribunalitæ Curie es electus, nam virtutis tuæ magnitudine permoti, ad eum in Te illustres & singulares qualitates viderunt, quas, altiore tibi, Dignitatis gradum præparasse, intellexerunt. Itaque nemo est, qui non videt? quâ Religione, quâ diligentia, quâ æquitate, pro Supremo Regni Generali Tribunali, sis JUDEX PRÆFECTUS, ubi Te singuli & Senatorem, Illum sentiunt, & Judicem colunt, qui industria & perfectione sis ad omnem Reipublicæ utilitatem. Quod si cætera magis pervulgata, Eos sæpe & majora moverunt, Qui in Te, suos Affectus, suasque animorum voluntates explicare visi sunt, nisi quod vox ipsa Decorum immortalium, mentes Eorum permovit, ut mutuis suffragiis, Tibi Eum MARESCHALCI Curie Tribunalitæ Honorem, quem gestas, dedissent. Neminem latet, Senatorem Ipsum, Orbi Polono, de Te magnam existimationem protulisse, quod Dilectissimus Patriæ Civis, iis solum cogitationibus occuparis, quæ bonis Civibus non acerbæ, quæ de Salute Publica sollicitæ, quæ sunt laudis optimæ, quæ ad rationem Reipublicæ gloriosæ, quæ futura prospiciunt, præsentia, optimò suo consilio stabilitant, quæ omnem pestem à Republica removeant, quæ denique ea fieri permittunt, quæ sunt cum optima Gentis salubritate. Capiunt animò singuli, non mediocrem voluptatem, quod officii Tui Mareschalci Dignitas, multum prosit eorum saluti, quod Famam, Honorem, vitamque suam, Tuò præsidio, Tuâ custodia, Tuâque benevolentia, rectam, donatamque esse fateantur. Omnibus igitur rebus, Te ornatum dixerò, Quem externis, Quem publicis, invigilantem negotiis, ea assiduitate, & animo, atque officio necessitudinis conjuncta, bene & feliciter, gratiosissimeque expediri videantur. Atqui, hæc sunt solida tuæ virtutis, hæc signa probitatis expressa, non fucata forensi specie, sed exactâ diligentia, his intensioribus, laborum notabilium, vitæ splendorem adspergis. Eligis commodorum tuorum contemptum, ut neglectis propriis curis, publicam rem ac aliorum quæras utilitatem. Eligis Honore & emolumentò communi cedere, ad aliorum fructus attendere, ut optimus

Civis , Patriæq; fidelis Senator. Eligis, majorum exempla intueri, Regni instituta servare , rationem ubiq; & in omnibus Ducem habere, Leges sequi , ad quarum obloquentiam, non aliter res fieri permittis, nisi, quas jura concedunt. Jactent se alii , multa pro bono Publico fecisse, Tibi , etsi permultis toties jam gravatus fueris, Regni rebus & officiis, attamen nondum satis, & ardenti animo Tuos; Qui modò in Conventibus Palatinatus, modò in Generalibus Comitibus, modò in variis Judiciorum, Curii & Subselliis, modò in gremio & consessu, magni Senatus , saluberrima Tua consilia velut oracula dabas, modò in variis Patriæ necessitudinibus , modum & rationem subveniendi porrigebas. Sed dicam: qua virtute Heroica, quâ constantia Vir, quo amore probatissimus videris, cum in calamitatibus , afflictam dolens Patriam , in hæc aureæ erupisti verba, quòd ad succurrendum integritati Patriæ, Tua bona, Fortunamq; Tuam , perlibenter offerre volueris. O verba Tua ! verba ad exemplar ! actis perennitatis notanda , quæ Viri Distinctissimi à Te dicta notarunt, suoq; testimonio declararunt. Quis est ergo ? qui non laudet Tui Ingenium, quod ubi intenderis valet, quò Magistratum Tribunalitium, summa commendatione exornas , ubi rerum universalium moderamen , Dignissime Senator Mareschalce, tam per jucundò studio exerces, ut se singuli, summa felicitate gaudere sentiant. Admirantur Amplissimi Viri, omni honore æstimatissimi , tam pulcherrimas in Te Illustrissimo Tribunalis Mareschalco dotes, ut pote; in consessu gravitatem, in vultu Majestatem, in ore prudentiam , Fidem illam incredibilem in Religionem, Regem & Patriam, quæ Tibi propria est , tantoq; Viro omnino digna . Quam ego jucunditatem animi, morumq; contentionem video, audio Viros bonos, Sapientes, Graves, eam sibi ad imitationem optare , & celeberrima præconia, Dignissimo Tribunalis MARESCHALCO, affectuosissimis voluntatibus suis exhiberi. O Virum sæculis omnibus exoptandum! Populis omnibus amandum! admirandum ! Immortalis est , sua virtute singulari.

Di-

Dicta sunt à me, quæ jam intelligitis, quantum
 Judicium & Curiam Tribunalitiam commendent,
 quanta res sit, quæ ad Majestatem Gentis, ad Statum
 Patriæ, ad salutem omnium pertinet, quæ ad Provin-
 ciæ felicitatem attinet, JOSEPHUM CASTELLA-
 NUM, illhoc Magistratu fungi, Cujus claritudinem,
 Generis, Amplitudinem Prosapie, Magni Nominis
 splendorem, vetustatem Familie posteritas colit, &
 admiratur. Audivistis Illustrissimi JOSEPHI Castel-
 lani, merita in Patriam, credite Majores suos, memo-
 riam sempiternam meritos fuisse. Spectatis in Sena-
 tore Perfecto, nobilissimas perfectiones Virtutum, cre-
 dite cumulas Majorum laudes, quod Eorum Vir-
 tus, communes naturæ vias supergressa, Gloriam, nul-
 lo ore humano prædicandam, solisq; æternitatis in-
 signibus, decorandam, sibi compararit. Quis est enim,
 qui præteritorum temporum historias, dulci jucu-
 nditati sibi non duxerit? Qui MIELZYNSCIANAM
 DOMUM monumentis veris commendatam, maxi-
 mis Titulis, Honoribus, Dignitatibus præcellentissi-
 mam, Principum conjunctione, Magnarum Familia-
 rum communione Sangvinis, junctam, auditione cer-
 tæ aliqua non acceperit? Cujus Amplissima Nomina,
 Domi, Forisq; spectata, maxima virtute, Comite
 Gloria floruisse observata. MIELZYNSCIANUM
 NOMEN, quàm tantum vetustissimum sit, hilarissi-
 ma semper novalia, idq; jucundissima Dilectæ Patriæ
 suæ Gentilitium Insigne Novina afferebat, cum nul-
 la in re magis successionis Ordine non interrupto in-
 claruisset, per multos Heroicorum operum actus, quàm
 ut perpetuam laudis hæreditatem capessisset. Satis est
 ad Gloriam sublimem, quod Publicæ Regni Consti-
 tutiones An. 1590. collaudent ADA LBERTUM
 MIELZYNSKI, ut potè Patriæ suæ Filium gratissi-
 mum. LUCÆ verò MIELZYNSKI, Regii Consilia-
 rii & Secretarii intimi, multis Legationibus, Officiis,
 expeditionibusq; negotiorum & necessitudinum Pa-
 triæ præclari, ut Acta Constitutionum, & Commis-
 sionis edocent; Succamerarii Calissiensis, mox Castel-
 lani Gnesnensis, aut NICOLAI Castellani Biechovi-
 censis brevi Gnesnensis Virtutes, quis le unquam satis,

pro Dignitate, laudare posse confidat? Qui nonnisi vitam suam in usibus & obsequiis Patriæ, laudatissime peregerunt. Fuit, fuit, illa semper in MIELZYNSCIIS, Adamo, Petro, Joanne, Nicolao, Majoribus Tuis Illustrissime Tribunalis MARESCHALCE, pro ut & in CHRISTOPHORO Castellano Calissienfi, PROAVO Tuo, virtus & dexteritas, & Amor, ut Religionis defensionem, Patriæ integritati, Libertatis indemnitati, alia omnia posthaberent, & pro Fide, Rege & Lege, quoties ita res ferret, non Fortunas modò suas, verum etiam sua Capita, sine ulla cunctatione, in quodlibet periculum offerent. Et ad Religiosas umbras, resplenduit FRANCISCUS MIELZYNSKI, Sacerrimi Ordinis S. FRANCISCI Convētualium per Poloniam, ab A. 1651. ad A. 1660. Provincialis Æstimatissimus, Cujus virtutis, & memoria, & Fama perennis. Gratissimæ aduſq; Cathedræ: Vladislaviēsis, suo Scholastico, Posnaniēsis, suo Archidiacono FRANCISCO MIELZYNSKI, virtutū & laborum Viro, æternitate commendato. Et cū non possim simul excelsos Heroes MIELZYNSCIOS, satis omnes laudare, amplioribus monumentis relinquo, saltim mihi fas sit meminisse & venerari, Illustrissimum MATHIAM Castellā Szremensem, AVUM Tuum, Virum in Senatu Optimum, super Quem cecidit fors desideratæ Patriæ, quòd binos sanguinis hæredes reliquerit, alterum CHRISTOPHORUM Castellā Præmetensem, etiam nunc in ANDREA Capitaneo Kcynensi, viva Parentis effigie superstite; alterum FRANCISCUM PATREM Tuum, Castellā Szremensem, Virum Religioni, Regi, Reipublicæ natum, ex Quo habuit Religio, quò se in Eo reficeret, Rex, quod in Eo speraret, Respublica, quod Illi confideret. Habuit Religio suum Defensorem, Rex suum amorem, Respublica, immensa Ejus merita, Quæ ad Portam Othomanicam Oratorem, ad Generalia Regni Comitia aliquoties Legatum, A. 1717 Commissarium Confæderationis Generalem, è gremio Majoris Poloniæ Deputatum Commissarium ad Commissionem Thesaurariam Regni, ac pro publico Regni illius totius bono, quotidie operarium indefessum & felicissimum

sumum vidit. Veneror etiā Illustrissimas Amatas Tuas ex Patre: SOPHIAM KOZMINSKA, Palatini Calissienſis MATHIÆ Matrem, hætenus in Filio suo THEODORO superſtitis LUDOVICAM PONINSKA Caſtellanam Poſnaniensẽ, Cujus Filii fuere Dignissimi FRANCISCUS, Abbas Tremesnensis, & MATHIAS Dapifer Vſchovenſis. URSULAM WALKNOWSKA Caſtellanam Vielunensẽ, quæ maxime Celebris in Filiis ſuis: Illustrissimo VLADISLAW WALKNOWSKI, Abbate Cõmendatario Tremesnensi, Primicerio Cathedralis Poſnaniensis, ad præſens Deputato ad Tribunal Judice, Cujus permagna vis Gratiarum, ut Amplissimis Proceribus peramænus, ſic utilitati Patriæ perjucundus, Celebris hæc Urfula, in Filio ſuo FRANCISCO, Judice Terreſtri Calissienſi, Viro ſumma aãt vitate, incredibili ſapientiã & bonitate ab omniſus acceptiſſimo, pariter ad præſens Deputato ad Tribunal Judice. FRANCISCAM ZAKRZEWSKA, Caſtellanã Santocensẽ, quæ ISIDORUM & MATHIAM in boni communis præſidium ablaãtavit, ambos mente pares, ambos ad maxima natos. Vivit hæc Avia in Nepote ANTONIO GNIAZDOWSKI, omni virtutum genere inſtruciſſimo. Adoratorem ſub calamum venit, Illustriſſima CHRISTINA de SKALAWSCIIS, FRANCISCI SKALAWSKI, Caſtellani Gneſnensis Filia, Genitrix Tua Dilectiſſima Tribunalis MARESCHALCE, verè Domina Virtutum, quæ Nominis & Famæ vitæ ſuæ vocaliſſimis non caret Laudatoribus. Germanæ Ejus Sorores LUDOVICA KOZMINSKA, Palatina Calissienſis, & VICTORIA LIPSKA, Caſtellana Lancienſis, paribûs virtutum copiis abundantes, paribûs etiã præconiis ſublimatæ. Venit in acceſſionẽ Gloriæ Conſors Tua Tribunalis Mareſchalce, Illustriſſima VIRIDIANNA de BNINSKIIS, Quæ non ſolum primo votò Raczyńſcianæ Domui, aũt Tux etiã voto 2do per connubile foedus, venuſtiſſimam Gloriæ Majeltatem adauxit, dotibûs pænè Divinis plena, quanta qualitatũ ſuarũ præſia poſſideat, aurò conveniret notari. Honorificentiſſimum meum officiũ eſt, Illustriſſimo Fratri Tuo Germano MATHIÆ, Capi-

H

ta.

taneò Radziejoviensi, Quem gloriosa Dignitatis Ex-
 cellentia, & integritas spectata, vultus & oris Gra-
 tia, Procerum devincit animos, & affectus, ut singu-
 li Eundem amplissimis exornari Honoribus, & spe-
 rent, & optent. Dat pretium Domui, Illustrissima
 SEVERINA LIPSKA, Regni Castorum Metatoris
 Filia, lectissima MATHIÆ Consors, in qualitatibus,
 Prædecessoribusq; suis gloriosissima. Gemma Domus
 Tuæ, CASTELLANE ILLUSTRISIME, PHILIP-
 PUS RACZYNSKI, Capitaneus Miescicensis, Qui
 ob inæstimabilia sapientis decora animi, totus gem-
 meus est, Paterna, quam sœdere connubiali, cum Ge-
 nitrice Ejus VIRIDIANNA traxisti, educatione à Te
 nutritus, per optimè qualificatus, scientiis pro sua Ge-
 neris claritate & distinctione sufficienter instructus,
 adeò; ut par sit omnibus Dignitatibus & Honoribus,
 TIBI verò Patri Dilectissimo æviterna obligatione
 gratissimus fiet. Est TIBI immensus splendor ex col-
 ligatis Sangvinis nexu Familiis: BARANOWSCIO-
 RUM, BOGUCCIORUM, GAJEWSCIORUM, (per
 JOSEPHAM GAJEWSKA, Capitaneā Gnesnensem,
 piæ memoriæ Sororem Tuam) GNIAZDOWSCIO-
 RUM, KOZMINSCIORUM, LIPSCIORUM, MY-
 CIELSCIORUM, MIESZKOWSCIORUM, PONIN-
 SCIORUM, SKAŁAWSCIORUM, SOKOLNICCI-
 ORUM, RACZYNSCIORUM, WALKNOWSCIO-
 RUM, WESSLORUM, WĘGIERSCIORUM, ZA-
 KRZEWSCIORUM, ZDZÝCHOWSCIORUM &c.
 &c. & aliarum Familiarum; Quarum Tu Gloria, &
 Unio pretiosissimus. Age ergo quàm prosperrimè,
 hoc Supremum Regni Generale Tribunal, rege Eum
 Magistratum, in quo Patriæ summæ utilitati esse
 possis, amplissimosque Honores, pro Dignitate Tua
 consequare.

Ampliari Sarmatiæ Gloriā, & Supremo Regni Ge-
 nerali Tribunali, præstantiorem etiam à VOBIS cō-
 mendationē fieri, ausim dicere. ILLUSTRISIMI, EX-
 CELLENTISIMI, REVERENDISIMI, DOMINI,
 Utriusq; Collegii Tribunalis Regni, Majoris Poloniæ
 JUDICES DEPUTATI. Quod si mihi à Vobis cō-
 cedi sentiam, perficiam profectò ea, quæ Vestra Stu-
 dia,

dia, Vestram Famam, Vestras res præclare gestas, Vestra Judicia, Vestram deniq; Virtutem, videt Patria, collaudant Proceres, populiq; singuli admirantur. Et certè, neminem opinor, studia & animos Vestros non noscere, cùm eorum tam publica testimonia exhibeatis, ut luculentissimè constet, quòd nil Vobis magis volupe sit, quàm ea velle, quæ pro majori Patriæ solatio & incremento, pro publicæ felicitatis accessione, pro Reipublicæ profint immortalitate. Studia Vestra sunt, summam pro bono & commodo Gentis dare operam, operam illam, quæ licèt alios gravet, animos Vestros minimè, licèt aliis amarum adferat tedium, animis Vestris, dulcissimum fert solamen, licèt alios videatur frangere, animos Vestros, semper reddit intactos. Si quæ desiderata occurrēt Patriæ negotia, ad ea ferenda & agenda, ex gaudio profilitis, omni ope volentes libenter, quantocius subvenire. Curæ Vestræ, curæ in publicum utiles, nec parvis sudoribus, sed summis laboribus deditæ. Non alio conatu ferimini, quàm solummodo ad ea, quæ sapientum votis expetuntur, in quotidiano vitæ usu ea graviora dicitis, quæ multo labore veniunt, quæ multis periculis erepta habentur. Nemo è favis educit mel, si fronti sollicitus cavet, qui rosam carpit, qui alios flores odoratos legit, necesse habet manum inferere rubis, rosetis, spinetis, certè si Vobis sit mens publicæ utilitati, flores boni communis colligere, jucundum habetis per aspera & ardua fatigari. Tantorum Studiorum Vestrorum, erga se, optimè Patria gnara, quæ, Ejus res secundas ornant, adversivè solatia præbent. Ex his Studiis Vestris amore dilectæ Patriæ, quæ vehementius à singulis laudantur & coluntur, atq; præmiis esse digna ferantur, credite Amplissimi Viri, quanta solemnī celebritate Famæ æstimamini. Si nihil homini magis expetendū in vita, nisi existimatio Famæ, in qua persequenda, omnia pericula, omnia difficillima, subire debeat. Fama Vestra, Fama Virtutis est, Fama Gloriæ & Honoris, Fama perennis est. Patiamini me sic dicentem, cùm animum & mentem meam, ab ipsa Hominum excellentium contestatione informaverim, etenim

Hæ

quàm

quàm multas in administranda Republica susceperitis curas, quàm eas laudabilissimè, non solum ad intue- dum, verum etiam ad imitandum fortissimorum Vi- rorum susceptas, peregeritis. Magna laus & grata hominibus, unumquemq; Vestrum Amplissimi JUDI- CES versari in iis, quæ sunt multis profutura, & cum intueor, contemplorq; unumquemq; Vestrum, vi- deo enim hoc in numero neminem, Cui salutis Pu- blicæ sollicitudo non fuerit, Cujus non extet in Eam suum meritum, Cui non sit Provincia obstricta, me- moriâ beneficii sempiterna. Gaudet Polonia, Regum Mater & Altrix, quod sub felicissimo, SERENISSI- MI STANISLAI AUGUSTI, Poloniarum & Magni Ducatus Lithvanix, Regis Optimi Imperio, Piasiorum & Jagiellonum Sangvine orti, summæ Ei sint felici- citates ampliata & auctæ, inter quas, hæc singula- rissima quod post felicem Coronationem Hujus In- victissimi ac Potentissimi Monarchæ, (virtute Leg- gum, in Comitibus Convocationis Regni Generalibus sancitarum) primò prima cæpta sit Reassumptio, Ge- neralis Tribunalis Regni, in sua Majoris Poloniæ Me- tropoli, Augustissima, optatissima. Plaude Provincia, quod tantis sis innovata expectatis successibus, desi- deratissimis repleta felicitatibus, nam non melius & majus Tibi potuit accessisse Gloriæ & Honoris orna- mentum decusve, quam hoc Augustissimo, Supremo Regni Generali Tribunali, Te reflorescere, decorariq;. Plaude Posnania, quod tam Lectissimi, & Distinctis- simi Viri, in Patria & Republica acceptissimi, ad Te confluant, ex Augustissimis Capitulis, ex Inclutissimis Palatinatibus, Terris Districtibus DEPUTATI JU- DICES, ad cohonestandū agendumvè hoc Regni Ge- nerale Tribunal. Hic Illustrissimi Reverendissimi Do- mini: Adamus Stephanus Pomian LUBIENSKI, Vice Præsidens, Chrysostomus SZCZYCINSKI, Mathias NAŁĘCZ Vladislavienfes; Vladislavus Wierusz WAL- KNOWSKI, Josephus Glaubicz de Rokosłowo RO- KOSSOWSKI, Posnanienses; Albertus GADOMSKI, Ignatius SZAWŁOWSKI, Płocenses, Andreas PLA- SKOWKI Culmenfis, Spiritualis Collegii, Judices De- putati. Hic Illustrissimi, Excellentissimi Domini: Jo-
se-

sephus MYCIELSKI, Vice Mareschalcus & Pofnani-
 enfis, Francifcus Wierufz WALKNOWSKI, Mathias
 GLISZCZYNSKI Califfienfes; Paulus in Karczowek
 KARCZEWSKI, Ignatius RYCHŁOWSKI, Siradi-
 enfes; Ludovicus Fundament KARSZNICKI, Terræ
 Vielunenfis; Joannes de Remifzewice STOKOWSKI,
 Francifcus de Wilkanow WILKANOWSKI, Lanci-
 cienfes; Michàel MIERZYNSKI, Breftenfis Cujaviæ.
 Antonius de Karnkow KARNKOWSKI, Juni Vladi-
 slavienfis, Antonius MURZYNOWSKI, Terræ Do-
 brinenfis, Joachimus CZERNY, Antonius BAGIN-
 SKI, Płocenfes. Antonius GRĄDZKI, Maloviz, Ter-
 ræq; Vifnenfis; Paulus KADŁUBOWSKI, Terræ Vif-
 fogrodienfis; Julianus TURSKI, Felicianus in Kli-
 chow KLICHOWSKI, Ravenfes. Albertus Noftycz
 JACKOWSKI, Felicianus OSTROWICKI, Culmē-
 fes. Petrus in Kczew KCZEWSKI, Joannes de Lu-
 tomie LUTOMSKI, Mariburgenfes. Petrus GRĄB-
 CZEWSKI, Antonius DORPOWSKI, Palat: Pome-
 raniz, Collegii Sæcularis, Deputati Judices, è nume-
 ro Polonorum Electi, Concives Regni, Proceresq; o-
 mnia Generis, Nominis, Honoris, infignia, ad publi-
 cæ commoditatis præfidium, summa cum Gentis lau-
 de propofuere. Quorum Magna Nomina, præcipuis
 quibufq; Principum, Ducum, Comitum, Ampliffima-
 rumvè Profapiarum Familiis, affinitate & fanguine
 inferta. Itaq; non extimescendum eft aliquod infor-
 tunium, cùm unumquemq; Veftrum Studiosiffimum,
 & diligentiffimum, falutis Publicæ Virum, Tutorem
 Legum, collaudant Proceres, deprædicant Populi fin-
 guli unanimi voce. Celeberrimus eft, JUDICES Am-
 pliffimi, Vefter ifte Confectus & Confelfus Tribuna-
 litius, qui multum Provinciam Majoricam reficit, &
 recreat mentes fingulorum. Cùm enim Deorum Im-
 mortalium ope, Tribunalitia Judicia instituere & re-
 affumere propofueratis, non aliter, ea gerenda acces-
 fiftis, ni prius, cùm fuis in Capitulis, fuis in Palati-
 natibus, Terris & Districtibus electi fuiftis, ad Sacro
 sanctum jusjurandum, Corda & ora difpofuiftis, ni
 prius, Numen Divinum, tanquam Primæ & infallibi-
 lis veritatis Testimonium, invocaffe, rotâ juramenti
 I sc.

fecistis. Nî prius, Divino etiam Spiritu afflari, publicè & exemplarissima devotione instituta, implorastis. O virtutem singularem! virtutem appretiativè summam!

Quæ cum ita à Vobis, laudabilissimè gesta sint, nemo ignorat, Divinam Vobis inesse Sapientiam, Divinam Scientiam & Prudentiam, gloriosum Intellectum & Consilium, nemo ignorat, Vos Viros ad recte judicandum natos, & omnes Justitiam dicere, omnes, eam animi affectionem habere, quâ apti sitis, ad res justas gerendas, quâq; res justas & facitis, & cupitis facere. Judiciorum Vestrorum Tribunal pro æquitate, Tribunal pro, in ratione rerum, reformatione & emendatione, pro summo Imperio & Auctoritate Regali, quâ, quod justum & æquum est, statuitis, & ad mentem Legum decernitis. Judicia Vestra, non sunt acerba sed suavissima, in ipsa vi & efficacia, prudentiæ solidata. Mens Vobis purissima & peritissima inest, Reges revereri, plebem tueri, curam aliorum suscipere, ex justitia agere, justos ab injustis, nocentes ab innoxiiis discernere, justos bonos injuste vexari non pèrmittere, malis terrorem incutere, eos mores inculcare, qui sunt ad emendationem firmiores, quodvis malum Bono Communi nocivum, penitus abolere, amovere, bonis Fortunisq; Incolarum Patriæ, securitatem providere. Vestrorum in Tribunali Judiciorum, misericordia invidiam pellit, benignitas, largos miserculis diffundit favores, Clementia facilem aperit viam accessûs, affabilitas, unicuiq; jus petendi, rogandiq; permittit. Circumstant Vos summæ probitates, quas si plures edicerem, plus amoris? in Rempublicam, plus gravitatis, plus auctoritatis & commendationis Curia Tribunalitiæ ex Vobis fuisse, cogerer edisserere. Sed de his tantum mihi dicendum putavi, quod satis esset, (attestante colaudatione Procerum) Quemlibet Vestrum esse, ex illo Honoris gradu, Qui omni studio, virtute, Auctoritate incubuerit, ad Rempublicam conservandâ, & Supremi Regni Tribunalis, Gloriam ampliandam.

Et

Et cùm summo Honori emolumentoq;
sint Patriæ, quæ Vestræ Sapientiæ, Fidei;
Potestatiq; commissa, creditaq; esse videan-
tur, cêlebrate AMPLISSIMI VIRI Autho-
ritatibûs & Virtutibûs Vestris, hoc Supre-
mum Regni Generale Tribunal, cêlebrate
omnium votô felicissimi. Gratulor ego Vo-
bis, hanc Dignitatum Vestrarum accessio-
nem, gratulor & Provinciæ Majoris Poloniæ,
hanc maximam ex Florentissimo hoc in
Vobis eminente Tribunali, Gloriam. Oro
atq; obtestor Vos, ut, si quæ sublimia humi-
liter, ampla tenuiter illustria inornatè dix-
rim, in tam ubere materia laudum Vestrarû
omnia persequi non potuerim, faventibus
animis indulgeatis. In Vestra itaq; mansue-
tudine & benevolentia, propensissima ap-
plaudentis Academiæ Posnaniensis vota re-
pono, Deosq; Immortales precor, ut Meri-
tis & Virtutibus in Patriam Vestris, Amplis-
simi Honores, in dies multiplicentur, auge-
antur.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

